

Haec<sup>1</sup> nocuere mihi : quod adest huic dives amator,

Venit in exitium callida lena meum.

Sanguineas edat illa dapes atque ore cruento

50 Tristia cum multo pocula felle bibat ;

Hanc volitent animae circum<sup>2</sup> sua fata querentes

Semper et e tectis strix violenta<sup>3</sup> canat ;

Ipsa fame stimulante furens herbasque sepulcris

Quaerat et a saevis ossa relictas lupis,

55 Currat et<sup>4</sup> inguinibus nudis ululetque per urbes,

Post<sup>5</sup> agat e triviis aspera turba canum.

Eveniet : dat signa deus ; sunt numina amanti,

Saevit et<sup>6</sup> injusta lege relictas Venus.

1/ *Haec* (neutre pluriel) sujet du verbe *nocuere* = *nocuerunt* ; annonce le pronom relatif *quod* (le fait que), à construire en deux propositions, dont les verbes sont successivement *adest* et *venit*.

2/ *Hanc... circum*

3/ *Violenta* : deux constructions possibles :

- *strix violenta* (adjectif épithète) : la strige cruelle
- *strix canat violenta* (adjectif substantivé, accusatif neutre pluriel) : que la strige pousse des cris violents

4/ *Et currat*

5/ *Post*, adverbe à valeur locative (derrière, à sa suite) ou temporelle (ensuite)

6/ *Et saevit*